

The salie eadem est ethemonia quā omerus argo spelasgi con
nominat ubi genitus est hellena quo reges hellenes nominati; huius
a tergo pieria ad macedoniam protenditur; quę deuicta sub ma
cedonum uenit iugum multa ibi oppida multa flumina; de oppi
dis egregia sunt. Phialarisa thessalia et thebe; de amnib: penius
qui præter ossa in olympum qui decurrens collib: dextra leuaque
mollit̄ curuis nemorosis conuallib: thesalica facit tempe undisq;
apertior macedoniam ac magnes iam inter luens in thermeum
sinum decidit. Thesaliae sunt pharsalicicā pi in quib: ciuilium
bellorū detonuerunt ꝓcellæ; ac ne in montes notos eamus pindū
et othrin agitent. qui lapitharum originem persequentur
ossam quos centaurorum stabulis immorari iubat; peliumaut̄ nup
tiale conuiuiū thetidis atq: pelei in tantū notitiæ optulit. ut
taceri de eo magis mirū sit. Nam olympum ab homero n̄ per
audatiā celebratū docent. quæ in eo uisitantur. primū excellenti
uertice tantus attollitur. ut summa eius cælū accolæ uocent;
ara est in cacumine iouidicata cuius altarib: si qua de extis in
feruntur. nec difflantur uentosis spiritibus. nec pluuiis diluunt̄.
sed uoluente anno cuiusmodi relicta fuerint. eiusmodi reperiunt̄;
et omnib: tempestatibus ac corruptelis aurarum uindicatur.
quicquid ibi semel est de eo consecratū; in regione magnensia
mothona oppidum est; quod cū obsideret philippus macedoni
magni pater. damnatus est oculo iactu sagittę. quā iecerat aster
oppidanus. inscribitam suo nomine. loco uulneris nomine quem
petebat; populum istū callere arte sagittaria credere possumus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STIFTSBIBLIOTHEK ST. GALLEN
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Stiftsbibliothek St. Gallen
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stibsg_cod187/0049